



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Lvdovici II. Regis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

T o m. II. *habuimus distribuere compulsi sumus. Liberare* hoc loco est date, quod alii deliberare, *delivrer.* Dona ergo regiam & dona regula intelligentia Regi quotannis offerti confluverant, unde annua vel annualia dicebantur. *Chronicum S. Arnulfi* in gestis Ludovici Pij anno D C C C X X I X . *Vuormatiam* venit; ibique habito generali convenit, oblati sibi annua dona sollemnem more suscepit, eodem modo anno D C C C X X I I I . *Aurelianis*, anno D C C C X X V . & duobus seqq. *Stramaci*, *Vuormatiae* iterum, & ad Theodosii villam, annualia hae dona ab eodem recepta notat. Anno etiam D C C C X X I I I . cum imperio exutus esset Ludovicus: *Conditum placitum Kalendis Octobris Lotharius in Compendio habuit; ibique Episcopi, Abbates, Comes, & universus populus convenientes, dona annualia ei presentaverunt, fideliterque promiserunt.* De donis Karolo Calvo apud Duziacum oblatis anno D C C L X X V . Amoinus lib. 5. c. 21.

L V D O V I C I I L R E G I S .

I.

Quando Compendij coronatus est.

A B E P I S C O P I S P E T I T A] In actis coronacionis, que infra subsecuerunt, priore loco posita est haec Episcoporum postulatio, cum promissione Regis. Quare illam pertinere certum est. Haec vero prior fuit Ludovici Regis inaugratio, cum ab Hincmaro Archiepiscopo apud Compendium post Karoli patris mortem hoc anno consecratus & coronatus est V. Idus Decembri. Nam item postea frequenti anno à Ioanne Papa in Gallia, cum ad synodus Tricassini venisset, Imperator coronatus est VII. Idus Septembri. De utraque coronatione Amoinus lib. 5. c. 36. 37.

Hac addita sunt ex Notis ad Council. Tricass. II.

Sunt autem qui Ludovicum ab Ioanne coronam hoc loco non regni, sed imperij, suscepisse putent. Inde enim Ludovicum Balbum inter Imperatores plerique numerant, tum exteri, tum nostri etiam scriptores. Quod mirum certe mihi fallimque semper vixum est, cum Ioannes ipsius Papa in epistola 47. & in aliis quas ad Ludovicum postea scripsit, ipsum Regem, non Imperatorem, vocet, in epistola 71. ad Ludovicum & Carlomanum Ludovici Balbi filios, Caroli Calvi nepotes, Carolo eorum ayo Imperatoris nomen tribuar, Ludovico patri nomen Regis, Imperatorem haud dubie appellaturus, si Imperator fuisset, eodemque modo Hincmarus in epistolis quarum meminit Floodoardus lib. 3. cap. 19. fratres istos Reges Ludovici Regis, non Imperatoris, filios nominet. Quid quid Ludovici ipsius Balbi, ut alia omittam, diploma extat pro Ecclesia Niverneni I V . Idus Septembres, hoc est, triduo post coronacionem istam Trecis datum, in quo non alium se quam Regem vocat his verbis: *Ludovicus misericordia Dei Rex.* Rex ergo fuit, non Imperator: Imperatoris vero titulum, antiquis ignotum, alii postea temere adinxerunt.

A P O S T . S E D I S L E G A T I S] Horum in Carisiacensi conventu tit. L I I I . nulla facta est mentio. Sed ex Amoini verbis lib. 5. c. 24. fa-

cilis intelligimus hos fuisse Petrum Episcopum Fo- **T o m. II.** rosempronensem & Petrum item Episcopum Se- nogaliz, qui à Ioanne Papa missi ad Karolum venerant ut illum in Vibem ad tuendam à pag- norum infestatione Romanam Ecclesiam pelli- cerent.

II.

Synodi Tricassini.

I N S Y N O D O T R I C A S S I N A] Synodi hu- **Pag. 273.** jus acta, vel actorum portius breviculum quinque quae fessiōnē distinctum suppeditavit nobis bibliotheca S. Marie Virdunensis, in quo quid per singulas actiones actum fit summatis exponitur. Hoc ecendo * alias erit locus. Nunc quid ini- tium ratio postulabat, solos canones seu capitula: **Eru** in hoc loco exhibuius, adiectis ex alio codice sub. Gall. pg. scriptiōnibus que in Laudunensi deuant, quem **473.** in Capitulis fecuti sumus.

A F V D R A V E N N A M] Indicta primum fue- **c. 3.** rat à Ioanne Papa synodus Ravennae in diem VIII. Kalendas Iulias, ut constat ex ejus epistola LVII, ad Ioannem Episcopum Ravennatem. Postea, ut epistola 59. docet, dilata est in XI. Kalendas Augustas ejusdem anni D C C L X X V I I . Indi- ctionē x.

III.

Conventus Furonensis.

F E R O N I S] Annales Pithœani D C C L X X V I I I . **Pag. 177.** Rex Hludowicus ad Aquas in mensē Ost- bri perrexit, & cum equivo suo Karoli filio bandi prout inde colloquium habuit. Amoinus apud Marfianum convenienti narrat lib. 5. cap. 38. Quare Furonus in illo tractu fuisse oportet.

A N N O I C A R N A T . D C C C L X X I X . Aut annos revera computat non à natili Christi, sed ab incarnatione, contrā quam in ceteris solet, aut scribendum D C C L X X V I I I . Hunc enim annum vulgaris æra Dionysiana designat Indi- ctio duodecima. Deinde absurdum sit Ludovicum dicere conventionem hunc Kalendis Novembri anni D C C C L X X I X , celebrasse, cum ad Kalendas illas non pervenerit. Septimo enim ante mensē mortuus est IV. Idus Aprilis, ut Amoinus referit lib. 5. c. 39.

H L D O V I C U M P A R V V L V M] Is est **Pag. 273.** qui puerulus altero post anno Ratiponæ, quo c. 1. Ludovicus pater post Karlomanni fratri obitum concesserat, de fenestra palati, ait Regino, ce- cide, & contracta cervicibus extirpav.

L V D O V I C U M E T K A R L O M A N N Y M] **Pag. 273.** quos ex Ansgardi priore conjugi futilerat. c. 1. quam esti coacti a patre abjecerat, legitimos tamen ejus filios duebat, & successores libi de- stinabat. Floodoardus lib. 3. c. 19. inter alia quae ad hos fratres ab Hincmaro scripta commemo- rat, scripsisse ait: *De obiectis sibi a Gosleno super Ludovicus patris eorum assensu quare Ansgardum uxorem abeclam eum recipere non coegerit, & Adelaidam ab eo retineri non prohibuerit, & de literis Ludovicus Regis ad eum pro filiorum suo- rum promotione.*

